ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Hoc ipso momento allatæ mihi sunt Catshu-
sii litteræ, quib. silentii sui caussam exponit,
et ad interrogata respondet. Adjectas vides
dominæ Isabellæ principis filiæ litteras, atq alte-
ras domicellæ Solmensi inscriptas. Brassetio com
mendavi, quas misisti Tassino curandas. Is rogat ut
salutem tibi suis verbis adscribam. Hodie mane unani
omium consensu judicavimus Comitem Albertum in sua
Marchionatus possessione vel quasi, esse manutenen-
dum. cras sententiam cum bono deo pronunciabimus, eti-
amsi ab Ordinib. Gralib. prolatio nob. demandata. pe-
simo sane more atq exemplo. Nos interdictum parvi-
pendendum credimus, & quia illud obrepserunt aut
subrepserunt, carere debere impetrantis, recte ni fallor,
existimamus. Possessor etiam cum vitio, & titulo inju
sto, removeri non debet a sua possessione, nisi pendente
caussæ cognitione. et multo minus quando contra
dictores incontinenti non possunt probare de jure suo
utpote requirente altiorem indaginem. Tristes propemo
dum sunt ædes tuæ. Johannes vero Arnoldi cum morte
luctatur. miseret illius summe Bonum. Jansonio non
dum indicavimus, quod jubes. fieri enim posset ut ejus opera
requireretur nunc maxime ubi alter periculose ægrotat.
Vale mi frater atq salve cum basiis uxore tua
atq liberis, & nos tibi commendatos habe.

Tuus Affinis in usum votorum
D. de Wilhem

Hagæ 27 Novb. 1635. raptim

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 36
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1313

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 36
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1313